Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30296
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Pri enim baptizantur. et sic postea crismate confirmantur.
Dicamus quid oleum et crisma **De Oleo et Crismate.**
significet. Non enim sine causa ita baptizant et a peccatorum sordes mundant oleo ungunt et crismate. Oleum enim misericordiam designat. quam qui non habet. uel ipsum amittit quod baptizatur est. Vnde ipsa uertitur. Si non remiseritis hominibus peccata eorum. nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Hinc est quod seruus ille decem denarios conseruo dimittere noluit dicente domino. Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne oportuit et te misereri conseruo tuo sicut et ego tui misertus sum. Bene autem misericordiam significat. quia sicut oleum in liquoribus. ita et misericordia in bonis operibus superior est. Ceterum: enim liquere in oleum mittatur. in liquoribus oleum semper desuper natat. De misericordia quoque scriptum est. Suauis dominus universis. et miserationes eius super omnia opera eius. Super exaltat enim misericordia iudicio. Hinc est etiam quod dominus ait. Misericordiam uolo et non sacrificium. Quita sunt que de misericordia dici possunt. siquidem misericordia domini plena est terra. Sed qui sapiens est et custodiet hec. et intelliget misericordias domini. Hac igitur ungatur hoc oleo linatur altare cordis nostri ut semper mihi memoriae atque aspersione et baptismi regenerationem non amittam. Cum enim predicet quod ysopo aspersi et a sacerdotibus baptizati sumus. si pater noster iustus est non dimittet nobis peccata nostra. Semper igitur in mihi oleo nitentur corda nostra. quem dimittunt nobis peccata nostra. Hoc autem de oleo cum si balsamum addatur fit crisma. quod regibus ungantur et sacerdotibus. Balsamum enim ut ungitur oleo quando bonum odorem addit mihi. Sed quid est bonum odorem. Lenitas spiritalis et bona uoluntas. Vnde apostolus ait. Qui miseretur in hilaritate. Hylarem datorem diligit deus. Tali igitur crismate ungantur christiani. ut uel nomine uocentur christiani. quo christiani a christo et christo a crismate dicti. Hic enim tali crismate unctus est. quia uitae honestate et merito sancte conuersationis longe ceteris fuit. sue bone famae spargit odorem. Vnde apostolus. Christi igitur bonum odorem sumus deo. quia odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco. Sic igitur ecclesia consecratur sic diuinis innouatur benedicitur et sanctificatur. **De Cereis.**
Duodecim cereri duodecim apostoli sunt. quorum doctrina fugat tenebras. quorum predicatione illuminatur mundus. **De Altari.** Lapis autem angularis non solum christum sed omnes significat. De quo lapide septem lucernas iacob lapidem in titulum fundens oleum desuper. De quo et psalmista. Speciosus forma prae filiis hominum. diffusa est gratia in labiis tuis. propterea benedixit te deus in aeternum. Ergo non solum ipse sed. et consortes eius per ipsum oleo lenitatis unctus est. Vnde manifestum quia in illo lapide et ipse significatur et membra eius. Cum igitur seorsum reliquie in altari ponuntur. altare quoque cordis nostri sine sanctorum reliquiis esse non debet. Sanctorum namque reliquias in corde gestant. si eos si eos semper in mente habent. si eorum dicta et exempla tenent et eorum uerba memoriae commendent. Beata illa altaria. beata illa corda! que tales reliquias suscipere meruerunt. Quantas nobis beatus Paulus reliquias reliquit quantas et alii sancti reliquerunt. quibus utinam nostri cordis altare impleatur et dicatur. Hec autem de ecclesiae consecratione dicta sufficiant.
Nunc autem dicendum est cum in oleo et crismate consecratione ter super ea spiritus alatur. Legimus enim in euangelio quod dominus in discipulos insufflauerit dicens. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. et quorum retinueritis retenta sunt. Hic Hic igitur habitur illa insufflationem significat. Cum igitur quidem fit quia spiritus sancti a patre et filio procedit. et a se ipso uenit. Potest enim saluator nostrum sine omni insufflatione dare spiritum sanctum: quem uero quidem insufflando dedit. ut ab ipso quoque: sicut et a patre eum procedere intelligamus. Cum uis enim nesciam quomodo spiritus sanctus a patre filioque procedat. hoc enim in hac uita in quantum non uidemus per speculum et in enigmate. nulli reuelatur. certissime tamen sciunt et nullatenus dubitant eum procedere a patre et filio. idque de substantia patris et filii. Hoc enim est proprium est. et de nulla alia substantia procedit. a nullo alio mittitur et a nullo alio datur spiritus sanctus. Datur enim offitio sacerdotum si non datur a sacerdotibus. Sic enim adhuc uerum est spiritum insufflationem que fit a sacerdotibus in honore et significatione. spiritum sicut per uerba que dicuntur in nomine suo. Deum in ecclesiam introducere et fidelium populo sociare. ac sic sacerdotes et sal ponitur in ore. Quid quid significet supra dictum. Hoc enim sal primatum fidei documenta significat. sine quorum documento insulsus est omnis homo. Postmodum uero eius nares et aures eum saliua tangit quia ipse dominus et saluator noster uobis exposuit quando euntem de finibus tyri et uenit per sydonem ad mare galilee sanauit hominem surdum et mutum. Cum spuens enim tetigit linguam eius et ponens digitos suos in auriculas eius dixit. Effeta quod est adapire. et statim ut aut euangelista apte sunt aures eius et solutum est uinculum linguae eius et loquebatur recte. Saliua igitur spiritus dulcedo uerborum defluentium ex ore spiritus. et ipsa diuinitas est nos sanat. Nares tangit eius tanquam ut diuina uirtute suscipiat quod bonum a malo discernant odorem et sana doctrina separare ualeant afferre hereticis putrium. Hinc ecclesiae dicit. Nasus tuus sicut turris libani que respicit contra damascum. Tangunt autem et aures ut uerbis euangelicis pascantur et uanas et inutiles fabulas a se repellant. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Deinde ad baptismum uenit. primum in pectore et uel scapulas oleo ungit. quatenus intelligat sine mihi oleo etiam si baptizet se tamen deo placere non posse. Et de oleo quidem supra dictum. Bene autem quod